



EPHEMERIS AD ANNUM

DOMINI 1600. qui est
Bifextilis.

Figura cœli Verna,
Die 9. Martij, horis à
merid: 12. min: 15.

Figura cœli Æstiva,
Die 10. Iunij, hor: à
merid: 22. min: 57.



Tempore huius reuolutionis mundi effectus adhuc illius Eclipsis Solaris durant, que anno domini 1598. contigit, & significationes eius in reuolutione eiusdem anni explicatæ sunt. Ideirco huc etiam accommodari debent. Minari præterea hæc reuolutio mundi statū infelicem Mercurialibus ac Saturninis hominibus uidetur, Item pestem denunciat, & alios morbos, qui repente corpus prosterunt ac interimunt. Deinde lites, iurgia ac dissensiones mulierū causa inducit, uel propter libidines aut crimen uolentia. Vnde populares seditiones commoueri et uastationes sequi possent. Annus porro hic temperatus futurus est, neq; nimium humidus, neq; siccus.

Figura cœli Autumnalis
Die 12. Septembris, horis à
merid: 12. minut: 40.

Figura cœli Hiemalis
Die 10. Decembris, hor: à
merid: 16. minut: 58.

